

Colloquium XXXV^{tum}

*De restrictione disparitatis numeri
in Senatu.*

Hil. **ERHARDUS et FORTUNATUS.**

E. *Qua ratione cautum est Evangelicis intuitu inæqualitatis numeri in Senatu?* F. Ausculta ipsam dispositionem, quæ ita loquitur: *Pluralitas votorum in causis, religionem sive directe sive indirecte concernentibus, nequam attendatur, neque illa Augustanae Confessioni addictis civibus ejus loci magis, quam Augustanae Confessionis Elektoribus, Principibus & Statibus in imperio Romano præjudicet.* E. Ita quidem prospectum est intuitu Senatus secretioris atque interioris; quid vero statutum in muneribus publicis, quibus tres ut plurimum præsunt? F. Etiam de his ita disponitur: *Munera, quæ uni soli committi solita sunt, pro qualitate*